DE IVRE CONTRACTVS LIVELLARII PECVNIA CONSTITVTI, ET CREATI:

Opus.

Varijs Pactis, & Quæſtionibus diſtinctum.

CAESARE MANENTO I. C. MANT,
& à Secretis SERENISSIMI *DVCIS MANTVAE,*
& MONTISFERRATI, &c.
AVTHORE.

CASALI Montiſferrati, Apud Bernardum Graſſum. MDCII.
SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGV

SERENISSIMO PRINCIPI

VINCENTIO, MANTVAE,

ET MONTISFERRATI DVCI, &c.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

CAESAR MANENTVS
Fælicitatem exoptat perpetuam.

CVM tibi me, meaq; omnia debeam, PRINCEPS SERENISSIME lucubrationes has meas de Liuellis, ſeù liuellarijs contractibus editurus, ſub ampliſſimo tuo nomine apparere volui; Argumentum quidem niſi me ſtudiorum meorum ratio fallit, forte non indignum, vt in lucem prodeat, & à viris eruditiſſimis euoluatur. Scio me in re tanta parum præſtitiſſe, ſed hac ipſa cauſa fortaſſe alios prouocabo, vt in optimo hoc argumento laborent fœliciùs. Video ſanè perexiguum eſſe munus, nec dignum tuæ Celſitudinis, ſed eſt tamen amoris, & obſeruantiæ

CVM ingens æs alienum reliquiſſet quondam D. Camillus Superchius in hereditate ſua, filius, illud diſſoluendi gratia, alienabat bona hereditaria in quibus aderat domus valoris aureorũ circiter mille in ciuitate Mãtuę, quam cùm diſtrahere vellet cuidam affini meo, & illam pro dimidia oneri ſoluendi viginti quinq; aureos ſuppoſitam diceret, erga quandam Societatẽ, ſeu Confraternitatẽ, curaui videre inſtrumentum, vt inde eiuſdem oneris naturam, & qualitates colligere poſſem. Allatus ergo mihi fuit liber cataſtri ipſius Confraternitatis, in quo adnotatum reperij quod dictus D. Camillus, per publicum inſtrumentum, dimidiam ipſius domus, nec non viginti iugera terræ ſub Caſtro Quiſtelli ſita in liberum, & frãcum allodium eidem Confraternitati prętio aureorum quingentorum, vẽdiderat: qui breui manu cuidam tertio ſoluti fuerant, ſtatimq; coram eiſdemmet teſtibus, & notario Confraternitas receptis ſolidis triginta, loco vnius paris caponum, pro honorantia, per aliud inſtrumentum inueſtituræ concedebat (nulla facta mentione de primo) dictamet bona ipſi Superchio in emphiteuſim ſeu liuellũ perpetuum pro ſe, & heredibus ſuis, & ad ſoluendum aureos vigintiquinq; annuos de liuello. Item ad renouandum huiuſmodi inueſtiturã de nouennio in nouennium; Similiter cum pacto caducitatis, caſu quo, poſt duos menſes à termino præfixo non ſolueret dictum liuellum: cum pacto pariter affrãcandi per aſsignationem alterius proprietatis æquiualentis, & cum quinquè ſolidis de pluri annuatim pro melioramento. Alia præterea accedente conuentione, quod teneretur ipſe inueſtitus ſoluere omnes expenſas inſtrumentorum, & dacia pro iſto contractu occurrentia. Item, quod intra breue tempus tradere deberet ſuis expenſis, inſtrumentum inueſtituræ regiſtra-

CÆSARIS MANENTI I. C. MANTVANI, ET A SECRETIS SERENISSIMI DVCIS MANTVAE, ET MONTISFERRATI, &c.

Opus.

DE IVRE CONTRACTVS LIVELLARII, PECVNIA CONSTITVTI.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtituræ liuellariæ, quomodo celebrentur Mantuæ, & ibi oſtēditur, quod contractus liuellarij, ſunt in vſu Bononiæ, Mediolani, Papiæ, Senis, Ferrariæ, Veronæ, Imolæ, Lucæ, Parmæ, Patauij, Piſtorij, Vincentiæ, in Statu Montisferrati, & Pedemontano, Grationopoli, Aueniono, in Regno Galliæ Burgundiæ, Luſitaniæ, & vbique locorum.*

2 *Pactum de retrouendendo, modicitas pretij, & conſuetudo ſic contrahendi, oſtendunt contractum vſurarium.*

3 *Contractus liuelli continet quindecim pacta ſimulati contractus.*

4 *Idem operatur natura cōtractus quod expreſſa conuentio.*

5 *Pactum vnicum poteſt continere plures ſpecies ſimulati contractus.*

6 *Principalis partium intentus in contractu liuellario, non eſt, rem emendi. Probatur nu. 7. & 9.*

8 *Emendi vbicunq; conſtat, aliquē animum non habuiſſe, nec vēditorem vendendi, contractus eſt vſurarius.*

10 *Fraus præſumitur, ex his, quæ incontinenti fiunt.*

11 *Vſurariorum cautellæ, quæ.*

12 *Abſtinendum eſt à contractibus liuellarijs, pecunia conſtitutis.*

13 *Pactum de retrouendendo, cum modicitate pretij, hodie ſufficit ad arguēdum contractum in fraudem vſurarum.*

14 *Contractus liuelli pecunia conſtitutus, vſurarius. & n. 26. 29. 34. 37. 38.*

15 *Venditor non præſumitur velle fundū alienare, niſi cum pacto affrancandi.*

16 *Venditio quæ momento durat, præſumitur ſimulata. & num. 42. 48.*

17 Con-

matrimonij conuentum eſt. numer. 55 ibidem.
Vidua, quæ dationē in ſolutum ſibi fieri procurauit ratione dotis, indiſtinctè, tunc percipit fructus. pact. 15. num. 61.
Vidua ſi diù percepit fructus prædij ab hæredibus ſibi dimiſſi, qui deceſſerunt nulla quærimonia facta, ipſa non tenetur computare illos in ſortem dotis. pacto 15. num. 68.
Vidua licitè percipit quid annuum ab hæredibus dote debitoribus, nulla ſuper hoc præcedente conuentione. p. 15. num. 68.
Vidua fructus percipiens ex fundo hipothecato pro tanto prætio, vt ſpes luitionis non adſit, illos non computat in ſortem. p. 15. nu. 84.
Vſurariorum cautellæ, quæ. quæſt. 1. nume. 11.
Vſurarius dici non poteſt cōtractus dationis in ſolutum. p. 15. nu. 64. declaratur. num. 65.
Vſuræ promiſſæ in inſtrumento iurato, ſolui debent, & deindè repeti. q. 5. num. 54.
Sed contra. num. 61.
Vſurarius, qui hodie eſt, talis etiam ante fuit. q. 3. num. 76.
Vſuræ vſurarum, ſicut probitæ ſunt, eodem modo probibitum illas redigere in ſortem, & pro tota ſumma, vſuras ſtipulari. q. 6. num. 24.
Vſurarius eſt, qui ſperat lucrum ex pecunia data. q. 6. nu. 41.
Vſurarium facit mala intentio. q. 6. num. 42.

FINIS.

Regiſtrum.

✻ A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes ſunt Quaterniones, excepto ✻ qui eſt Ternio.

CASALI MONTISFERRATI,
Apud BERNARDVM GRASSVM Impreſſorem Ducalem.
M. DCII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA